publicè flagellatur: et amittit dotem suam et arras, quæ applicantur viro, et detruditur in monasterium, et infra biennium reconciliare potest illam sibi vir ejus, quod si faciat, dotem, et arras, et alia reaccipit uxor; post biennium autem, vel ante illud, et reconciliationem viro mortuo, habitum compellitur recipere, et remanere perpetuo in monasterio, cujus bona, extra dotem et arras, dividantur inter liberos, et monasterium, duæ partes liberis, et una monasterio datur. Si liberos non habeat, sed ascendentes qui non consenserunt in illius crimine, duæ partes monasterio, et una ascendentibus datur. Si tamen adulteravit cum servo ambo igne cremantur. Item quoad amissionem arrarum et dotis, aut honorum ratione præsumpti adulterii, sat est viro, si probet uxorem contra prohibitionem ejus fugisse ad domum suspecti hominis de adulterio cum illa; talem tamen dotem, et arras et bona, tenetur vir tantum liberis ex illa susceptis relinquere: si tamen vir pepercerit uxori, nil in prædictis juris sibi remanet. Hoc dicit.

(1) *Morir.* Adde l. *quamvis*, la 2. C. eod. et ibi Salicet. col. fin. et approbatur opinio Glossæ in l. 2. §. *miles*, D. *de his qui notant. infam.* et in l. *Claudius*, D. *de his quibus, ut indign.* et in l. *qui cum uno*, §. *adulterii*, D. *de re milit.* et reprobatur opinio Joan. posita in glossa in l. *si quis viduam*, D. *de quæstion.* cum qua glossa ibi transire videtur etiam Cynus in dict. l. *quamvis*. De jure regni imponitur pœna, de qua in l. 1. tit. 7. lib. 4. *For. LL.* quæ est in usu, et servari jubetur in l. 81. *in Ordin. Tauri*, de jure vero canonico imponitur pœna, de qua in cap. *de benedicto*, 32. quæst. 1.

(2) *La muger.* Concordat cum authent. *sed hodie*, C. eod. sed de jure regni hodie servatur dicta L. Fori, in masculino, et in femina.

(3) *La dote.* Habes hic expressum, quod licet uxor accusetur a viro de adulterio criminaliter, perdit dotem, et applicatur viro; quod videtur contra id quod habetur in authent. *sed hodie*, C. eod. juxta opinionem Joan. de Imol. et Alex. in l. *cum mulier*, la 1. D. *solut. matrim.* ubi Alex. col. fin. et adde ad istam legem Partitarum textum in authent. *ut licet matri, et avicæ*, §. *quia verò plurimas*, col. lat. 8. et Bald. et Salic. in dict. authent. *sed hodie*, et tam

Leyes
1, 2, 4,
tit. 28,
lib. 12
Novis.
Recop.

las arras (4) que le fueron dadas por razon del casamiento, e deuen ser del marido (5). Pero si el marido la quisiere perdonar despues desto, puedelo fazer fasta dos años. E si le perdonare el yerro, puedela sacar del Monasterio, e tornarla a su casa: e si la recibiere despues así, dezimos, que la dote, e las arras, e las otras cosas que tienen de consuno, deuen ser tornadas en aquel estado que eran ante que el adulterio fuesse fecho. E si por aventura, non la quisiesse perdonar, o si muriesse en ante de los dos años, estonce deue ella recibir el abito del Monasterio, e seruir en el a Dios para siempre, assi como las otras Monjas. E los otros bienes que ouiere, que non sean de dote, nin de arras, si ouiere hijos, o nietos, deuen ellos auer destos bienes las dos partes, e el Monasterio la tercera. E si hijos, o nietos non ouiere, estonce, si tal muger ha padre, o madre, o auuelo, o auuela, que non fuessen consentidores del adulterio, deuen auer la tercia parte, e el Monasterio las dos. E si por aventura non ouiere ninguno destos parientes sobredichos, deuen ser todos los bienes del Monasterio en que fue metida. Pero si la muger casada (6) fuesse prouado que fiziesse adulterio

con su sieruo (7), non deue auer la pena sobredicha, mas deuen ser quemados (8) ambos a dos porende. Otrosi dezimos, que si alguna muger casada saliesse fuera de casa de su marido (9), e fuyesse a casa de algun ome sospechoso, contra voluntad de su marido, o contra su defendimiento, si esto pudiere ser prouado por testigos que sean de creer, que deue perder porende la dote, e las arras, e los otros bienes que ganaron de consuno, e ser del marido: pero si fijos le fincassen desta muger mesma, ellos lo deuen auer despues de la muerte de su padre; e maguer aya fijos de otra muger, non deuen auer alguna cosa destos bienes atales. E si por aventura la perdonare el marido, e la recibiere, non aura despues demanda en estos bienes por esta razon.

LEY XVI.

Que pena merecen aquellos que a sabiendas se casan dos vezes.

Maldad conocida fazen los omes en casarse dos vezes a sabiendas, biuiendo sus mugeres; e otrosi las mugeres, sabiendo que son biuos sus maridos. Otros y ha, que son desposados

*Ley 9^a
tit. 28.
lib. 12
Novis.
Recop.*

de dote, quam de aliis bonis seruanda est hodie dispositio legis Fori, tit. 7. l. 1. lib. 4. et l. 82. in Ordin. Tauri. Quid autem in fornicatione spirituali? Vide per Abb. in cap. fin. de convers. conjug. ubi quod perdit dotem, et si maritus laberetur in hæresim, perdit donationem propter nuptias.

(4) Arras. Adde Gloss. in cap. plerumque, de donat. inter vir. et uxor.

(5) Del marido. Si tamen maritus habeat liberos ex ista uxore, mortuo patre, liberi habere debent, ut in authent. ut liceat matri et auiæ, cap. 9. §. si vir, et cap. quia vero plurimas, et Gloss. in cap. 1. ut lite non contestata, ubi Bald. et Andr. Siculus num 64. et adde dictam l. Fori, ubi hoc habetur, et amplius, quod et si sint liberi cujuslibet eorum, idem seruetur.

(6) Casada. Ex hoc verbo videtur ista lex velle intelligere l. unic. C. de mulier. quæ servis prop. se injun. in conjugata domina servi; Glossa tamen ibi in verbo admittit, quam ibi notat Salicetus, vult quod procedat, siue mulier sit nupta, siue non. Glossa in cap. si qua, 12. quæst. 2. intelligit etiam dictam l. in domina servi adulterante; non tamen negat, quod idem non esset in non nupta: et fortè dicendum esset, quod si domina servi non esset nupta, non habet in ea locum pœna hujus legis, neque dictæ l. unic. quod et suadet ex l. 2. infra, tit. 19. ubi servus comburi iubetur, in dominâ virgine vel vidua nihil pœnæ imponit. Doctores tamen indistinctè illam legem intelligunt in nupta et non nupta; abhorret enim multùm lex mulierem seruo proprio se commiscere, ut Angelus ibi dicit. Tu cogita, et vide quæ dico in gloss. proxima.

(7) Con su sieruo. Adde l. unic. C. de mulier. quæ seruo prop. se injunx. et durius statuitur hic contra mulierem quam ibi; non enim ibi iubetur tradi igui mulier, sicut hic, etsi adulterium cum seruo proprio committeret; et mulier incontinens inter seruos est dedecus totius cognationis, l. unic. C. de senatusconsult. Claud. toll. et ibi Baldus. Et quid si sit vidua vel virgo illa, quæ seruo proprio commiscetur? Dic ut in dict. l. unic. et per Angel. Aret. in suo tract. malefic. in parte che me hay adulterato, col. 7. et adverte cum ibi dicit de familiaribus juxta dictam l. quam

Tom. III.

allegat: et vide quæ dixi suprâ in gloss. super parte casada. Et si esset familiaris ille cum quo domina se commiscuit, videtur quod quoad eum locum habeat pœna dictæ l. unic. et ita intelligatur Angelus, et probatur in dict. l. 2. tit. 19. infra eod. cum dicit, o seruiente: et vide de hoc l. 1. tit. 15. lib. 8. Ordinam. Regal. unde et Joan. Fab. in §. item lex Julia de adulteriis, Instit. de public. jul. extendit dictam l. unic. ad quoscumque, qui debent mulierem seruire; et ideo videtur, secundum eum, quod si custos carceris cognoscat mulierem captam sibi commendatam, acriter puniatur, et de consuetudine regni Franciæ suspendatur.

(8) Quemados. Sed an hodie procedat ista pœna stante lege Fori, quæ seruat in usu, per quam adulter et adultera iubentur poni in manibus viri? Et videtur quod adhuc isto casu speciali procedat; sicut enim ut dicit Angel. in dict. l. unic. per authent. sed hodie, C. de adulter. non tollitur pœna illius legis etiam respectu mulieris, et satis probatur hic in ista lege Partitarum, sic est dicendum, quod neque ista specialis pœna in isto casu non tollatur per dispositionem legis Fori. Sed quid si servus sit proprius viri, non uxoris? Videtur idem dicendum, cum inter eos sit usus promiscuus, et quædam societas, l. 1. D. rerum amotar. Bald. in l. nulla, C. de jure dotis, facit l. sciendum, §. si fundus, D. qui satisd. cog. et quia videtur eadem ratio, et causari idem dedecus ex tali commixtione: cogita tamen super his tu qui habes majus otium.

(9) De su marido. Sumpta videtur ista lex ex textu in l. consensu, §. vir quoque, C. de repud. et ex authentic. de nuptiis, cap. 14. §. mitiores, collat. 4. et ex l. fin. tit. 2. lib. 3. Foro LL. et à l. 5. tit. 5. lib. 4. ejusd. Fori: et tene menti istam legem, quæ latiùs declarat dictas ll.

LEX XVI.

Illa quæ continentur in legibus suprâ dictis, vendicant sibi locum de jure antiquo, quando sine colore matrimonii committitur adulterium; ubi autem sub matrimonii aut sponsaliorum colore quis secundò nubit durantibus primis sponsalibus, seu matrimonio, aut consentit copulatum aut

Ooo

Ley 8.
tit. 28,
lib. 12
Novis.
Recop.

por palabras de presente, e nieganlo, e des-
posanse, e casanse con otras mugeres. E aun
otros y ha, que seyendo desposados, assi como
de suso diximos; maguer non se casen, son
sabidores que aquellas con quien son desposados,
que se casan con otros; e callanse, e dexan
fazer el casamiento, o las casan ellos mesmos
con otros que non saben esto. E porque de
tales casamientos nacen muchos deservicios
a Dios, e daños, e menoscabos, e deshonrras
grandes a aquellos que reciben tal engaño,
cuydando casar bien, e lealmente, segun
manda Santa Iglesia, e casan con tales con
quien bien despues en pecado; e quando
cuydan estar asosegados en sus casamientos,
e han sus hijos de so vno, viene la muger
primera, o el marido, e faze departir el
casamiento, e fincan por esta razon muchas
mugeres escarnecidas, e deshorradas, e mal-
andantes para siempre, e los omes perdidosos
en muchas maneras. Porende mandamos (1),
que qualquier que fiziere a sabiendas tal casa-
miento, en alguna destas maneras que diximos
en esta ley, que sea porende desterrado en
alguna Isla por cinco años, e pierda quanto
ouiere en aquel lugar do fizo el casamiento,
e sea de sus hijos, o de sus nietos, si los
ouiere. E si hijos, o nietos non ouiere, sea la
meytad de aquel que rescibio el engaño, e la
otra meytad de la Camara del Rey: e si amos
fueren sabidores que alguno dellos era casado,
e a sabiendas caso con el, estonce deuen ser
amos desterrados cada vno en su Isla, e los
bienes de qualquier dellos, que non ouiere

obligatum sibi alteri nubere, malum manifestum facit, et in peccato vivit, aut alium vivere facit, et occasionem dat ad magna inconvenientia, de quibus in textu; et ideo ad quinquennium in insulam relegatur, et perdit omnia bona, filiis aut nepotibus applicanda, quibus non extantibus Regi medietas, et alia damnum passo applicabitur, et si uterque contrahentium scivit, quilibet in sua insula relegabitur; et bona ejus qui filios, vel nepotes non habet, Regis Camere applicabuntur. Hoc dicit.

(1) *Mandamos.* Nova decisio circa adjectionem pœnarum videtur ista, nam l. *eum qui duas*, C. *adulter*, aliter disponit. Item, et si teneatur opinio Glossæ in §. *si adversus*, *Institut. de nupt.* et in §. 1. in authent. *de incest. nupt.* quod qui binas contrahit nuptias, prima uxore vel primo viro vivente, puniatur pœna contrahentium incestas nuptias; aliter hic statuitur, licet in multis sequatur illam pœnam, de qua in dicta l. *eum qui duas*, et in dict. authent. ubi Angelus dixit, opinionem Glossæ ibi, quod procedat illa authentica in quibuscumque illicitis nuptiis, esse veram: et adde Angelum Aretin. in tract. *malefic.* in parte *che me ay adulterato*, col. 8. ubi dicit, quod vidit multos errare in intellectu dictæ l. *eum qui duas*, punientes capitaliter eum, qui actualiter habet duas uxores, cum tantum secundam eum debeat imponi pœna stupri, prout vult etiam Salicetus in dict. l. *eum qui duas*. Hodie est in usu pœna de qua in l. 6. tit. 15. lib. 8. *Ordinam. Regal.* quæ videtur tantum loqui respectu pœnæ virorum; unde fortè in fœminis habet locum hujus legis Partitarum dispositio, nisi fœmina conjugata vivente primo viro cum alio contrahat, cui se carnaliter commisceat; tunc habebit lo-

fijos, nin nietos, deuen ser de la Camara del Rey.

TITULO XVIII.

DE LOS QUE YAZEN CON SUS PARIENTAS,
O CON SUS CUÑADAS.

Muy grand pecado fazen los omes, yaziendo con sus cuñadas, o con sus parientas; a que dizen en latin, incestus. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de los Adulterios, queremos aqui dezir deste pecado, que cosa es, e fasta qual grado deue ser pariente, o cuñado, el que yaze con la muger, para caer en este pecado: e quien lo puede acusar despues de caydo, e ante quien, e en que manera, e a quien: e que pena merece el ome, o la muger, si le fuere prouado este yerro, e por que razones se puede escusar desta pena.

Ley 7.
tit. 32,
lib. 11
Novis.
Recop.

LEY I.

Que cosa es el pecado que faze ome con su parienta, a que dizen en latin, incestus: e fasta qual grado es pariente de la muger el que faze este pecado.

Yazer ome con su parienta, o cuñada es pecado (1) que pesa mucho a Dios, e que tienen los omes por muy gran mal, e llamanlo en latin, incestus; que quiere tanto dezir, como pecado que es fecho contra castidad; e cae en este pecado el que yaze a sabiendas con su parienta (2) fasta el quarto grado (3), o

Ley 1.
tit. 29,
lib. 12
Novis.
Recop.

cum pœna legis Fori tit. 7. lib. 8. in l. 1. et 2. tit. 15. lib. 8. *Ordin. Regal.* et quod in casa suo habetur in l. 7. ejusd. tit. et qui accusat eos, quia dicit contraxisse secundò, primo matrimonio durante, debet probare vitam primi conjugis, neque sufficet, quod probetur præsumptivè ea præsumptione, qua lex præsmit aliquid vivere usque ad centum annos, secundum Bartol. in l. *si inter*, D. *de rebus dub.* ubi et Socinus. An autem inquisitores hæreticæ pravitatis cognoscant de isto crimine, videas Lapum, et Dominic. in cap. *accusatus*, §. *sane, de hæretic.* lib. 6. quod sic, et Gundisal. et Villadiego in tract. *de hæretic. pravit.* quæst. 9. qui distinguit inter contrahentem clam, vel palam; vide de hoc Didacum à Covarrubias 2. part. sui tract. *matrim.* cap. 7. §. 3.

TITULUS XVIII. DE CRIMINE INCESTUS.

LEX I.

Incestus est coire scienter cum consanguinea, vel affine infra quartum gradum, et dicitur incestus, quasi contra castitatem factus. Hoc dicit.

(1) *Pecado.* Est enim gravior adulterio, ut in cap. *adulterii*, 32. quæst. 7. et §. *sunt enim*, sub cap. 10. et adde cap. *de his*, 35. quæst. 3. et cap. fin. 35. quæst. 8.

(2) *Con su parienta.* Incestus enim est consanguinearum, vel affinium abusus, cap. *lex illa*, 36. quæst. 1. Item committitur incestus cum filia filiz, vel filii uxoris, ut in Levitic. cap. 18. v. 10. et 11. Hostiens. tit. *de adulter.* in summa, et vide in materia 36. quæst. 3. per totum.

(3) *Quarto grado.* Ut in cap. *non debet, de consanguin.*

con cuñada (4), que fuesse muger de su pariente fasta en esse mesmo grado.

LEY II.

Quien puede acusar al que cae en pecado de incesto, e ante quien, e en que manera, e a quien.

Al que yoguiesse con su parienta, o con su cuñada, puede acusar cada ome del Pueblo, fasta aquel tiempo (1), que diximos que puede ser acusado de adulterio el que lo fiziere: e puedelo fazer ante el Judgador del lugar do fue fecho el yerro; o delante aquel que ha poder de apremiar el acusado: e deve ser fecha la acusacion deste pecado, en aquella mesma manera, que diximos, que pueden fazer la del adulterio. Otrosi, puede ser acusado deste yerro todo ome que lo fiziere, fueras ende moço menor de catorze años, e la moça menor de doze.

LEY III.

Que pena merece el que yoguiesse con su parienta, o con su cuñada; e por que razones se puede escusar desta pena.

Con parienta, o con cuñada, faziendo al-

et affn. et in l. 12. tit. 2. Part. 4. et fiet computatio secundum jus canonicum juxta ea quæ traduntur per Deciam consil. 158. vol. 1.

(4) *Con cuñada.* Et an requiratur quòd affinitas sit copula consummata? Vide per Glos. in cap. *si quis desponsaveris*, 27. quæst. 2. per Bald. in l. *affinitatis*, C. *communis*, de *success.*

LEX II.

De incestu potest accusare quilibet de populo coram iudice loci maleficii, vel iudice rei: et fit hæc accusatio sicut de adulterio: et potest fieri intra illud tempus, quo adulterium; contra impuberem tamen masculum vel feminam non habet locum accusatio incestus. Hoc dicit.

(1) *Fasta aquel tiempo.* Usque ad quinquennium scilicet, ut in l. 4. suprâ tit. 17. et in l. *mariti*, §. *quinquennium*, l. fin. D. *de adulter.*

LEX III.

Pœna incestus est, quòd si fiat citra matrimonium, punitur pœna adulterii. Si autem sub matrimonii figura seu colore, si est honorabilis, perditò honore in insulam perpetuò deportatur; et si filios non habet alterius matrimonii, ejus bona Regis Camerae applicantur. Si autem est vilis, publicè verberatus deportatur, et de dote et arris fiet quod dicitur quarta *Partita* haj. lib. tit. *de matrim.* Hoc dicit.

(1) *Pœna de adulterio.* Quæ mortis est in masculino, ut in l. penult. suprâ, tit. 17. et medietatis bonorum publicatio, ut in l. 5. tit. 15. lib. 8. *Ordin. Regal.* et adde l. *inter liberas*, §. 1. et Gloss. in l. *si adulterium cum incestu*, in princ. D. *de adulter.*

(2) *La muger.* Si referas, cum dicit, *esta mesma pena*, ad pœnam viri, erit in muliere similiter pœna mortis; si verò referas ad pœnam adulterii, qui videtur proprior et benignior sensus, erit pœna detrusionis in monasterium, ut in dict. l. penult. et in authent. *sed hodie*, C. *de adulter.*

Tom. III.

gun ome pecado de luxuria a sâbiendas, non se auiedo ayuntado a ella por razon de casamiento, si le fuere prouado en juyzio por testigos que sean de creer, o por su conocimiento, deve auer pena de adulterio (1). Esta mesma pena deve auer la muger (2), que a sâbiendas fiziere este pecado. E si por aventura, alguno casasse a sâbiendas (3) con su parienta, quel pertenesciesse fasta el grado sobredicho, e se ayuntasse a ella carnalmente, si fuere ome honrrado (4) deve perder la honrra, e el lugar que tenia, e ser desterrado para siempre en alguna Isla. E siijos non ouiere legitimos de otro casamiento, deuen ser todos sus bienes de la Camara del Rey; fueras ende, si tal casamiento como este fuesse otorgado por dispensacion del Papa. E si aquel que fiziesse el casamiento fuere ome vil, deuenle dar açotes publicamente, despues desterrarlo para siempre, assi como de suso diximos: e de las arras, e dotes, que fuessen dadas por razon de tales casamientos, dezimos que deve ser guardado lo que diximos en la quarta Partida deste libro en el titulo de los Casamientos, en las leyes que fablan en esta razon (5).

LEY 1,
tit. 29,
lib. 12
Novis.
Recop.

si tamen adulterium et incestus concurrant, tunc sine dubio erit pœna mortis etiam in muliere, ut in l. *si adulterium cum incestu*, in princ. et ibi notat Bartol. D. *de adulter.* et Angel. in tractatu *malefic.* in parte *che me ay adulterato*, col. 5. ad fin. facit cap. *relegentes*, 23. quæst. 5. Quid tamen si coitus essent inter ascendentes, et descendentes? Videtur, quòd tunc puniatur pœna mortis etiam mulier, cum ille non solum dicatur incestuosus coitus, immò et nefarius, et facit quod habetur Leviticij cap. 18. v. 8. et 10. neque ista lex Partitarum de tali nefario coitu videtur loqui, sed de incestu inter collaterales et affines, qui propriè dicitur incestus, ut in §. *ergo*, *Institut. de nupt.* inter ascendentes et descendentes dicitur nefarius, ut dixi, et tradit Angelus Aret. in dict. *tract.* in parte *che me ay adulterato*, col. pen. et habetur in authent. *de incest. nupt.* in princ. in contrarium facit l. 13. tit. 2. *Partit.* 4. quæ et coitum cum filia dicit incestuosum. Item et idem Angelus Aret. ubi suprâ, dicit coitum nefarium et incestuosum puniri ut adulterium; et fortè ista tanquam benignior sententia servaretur in practica; et adde ad prædicta quæ dixi in l. penult. tit. 13. *Partit.* 6.

(3) *A sâbiendas.* Sciens factum, sed ignorans jus; nam si utrumque sciret, non levius, sed durius esset puniendus. si ageretur ad pœnam de stupro et incestu; si verò agatur ex constitutionibus, quæ puniunt incestas nuptias, requiritur quòd contraxerit dolosè et scienter, et ideo quacumque ignorantia ab ista pœna excusaretur, unde quando incestus fit sub colore matrimonii, distingue ut per Bartolum in l. *si adulterium cum incestu*, in princ. penult. et fin. col. D. *de adulter.* et per Angel. in eadem l. §. *incestum*.

(4) *Honrrado.* Concordat cum authent. *incestas*, C. *de incest. nupt.* et cum corpore unde illa sumitur; et distingue ut dixi suprâ in gloss. proxim. Et quòd ad judicandum incestas nuptias inspicatur jus canonicum, et non civile, vide per Deciam consil. 158.

(5) *En esta razon.* Imo vide in l. 50. et 51. tit. 14. 5. *Partit.*

TITULO XIX.

DE LOS QUE YAZEN CON MUGERES DE ORDEN, O CON BIUDA QUE BIUA HONESTAMENTE EN SU CASA, O CON VIRGINES, POR FALAGO, O POR ENGAÑO, NON LES FAZIENDO FUERZA.

Castidad es vna virtud que ama Dios (1), e deuen amar los omes. Ca, segund dixeron los Sabios antiguos (2), tan noble, e tan poderosa es la su bondad, que ella sola (3) cumple para presentar las animas de los omes, e de las mugeres castas, ante Dios; e porende yerran muy grauemente aquellos que corrompen las mugeres, que bien de esta guisa en Religion, o en sus casas, seyendo biudas, o seyendo virgines. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de los que yazen con sus parientas, o con sus cuñadas; queremos aqui dezir, de los que fazen pecado de luxuria con tales mugeres como estas. E demostraremos las razones, por que yerran grauemente los que fazen este pecado, maguer non lo fagan por fuerça: e quien puede acusar a los fazedores de este pecado, e ante quien: e que pena merecen, despues que les fuere probado.

LEY I.

De las razones porque yerran los omes grauemente, que yazen con las mugeres sobredichas.

LL. del tit. 28, lib. 12, Novis. Recop. Grauemente yerran los omes que se traen de corromper las mugeres Religiosas (1), porque ellas son apartadas de los vicios, e de

TITUL. XIX. DE STUPRATORIBUS VIRGINUM, ETC.

IN SUMMA.

(1) *Que ama Dios.* Castitas Deo placet, vide in cap. ut lex continentia, 27. quæst. 1.

(2) *Antiguos.* Habetur hoc in authent. de lenonibus, §. sancimus.

(3) *Sola.* Non intelligas quòd aliæ virtutes hoc non possunt facere, et intellige quòd castitas sola potens est Deo animas præsentare, scilicet sine aliis virtutibus; non tamen intelligas quòd aliæ virtutes absint, et non exigitur, quòd concurrant æquè principaliter, sed saltem debet habere accessorie, quia non potest quis habere unam virtutem sine aliis, licet possit habere opus virtutis, ut dicit glossa notabilis in cap. nisi cum pridem, in verbo virtutem, de renuntiat. Abb. in cap. 1. de voto, et in præmio Decretal. col. penult.

LEX I.

Graviter peccat qui corrumpere procurat monialem, aut virginem, aut viduam honestam, etiam ipsis volentibus, quia magis peccat, quàm si violenter raperet. Hoc dicit.

(1) *Religiosas.* Tria peccata committit accedens ad monialem; incestum, quia sponsa Dei est, qui est pater noster. Item adulterium, quia sponsam alterius corrumpit. Item sa-

los sabores deste mundo, e se encierran en el Monesterio para fazer aspera vida, con intencion de servir a Dios. Otrosi dezimos, que fazen grand maldad aquellos que sosacan con engaño, o falago, o de otra manera, las mugeres virgines, o las biudas, que son de buena fama, e bien honestamente; e mayormente, quando son huespedes en casa de sus padres, o dellas, o de los otros que fazen esto vsando en casa de sus amigos: e non se puede escusar, que el que yoguiere con alguna muger destas, que non hizo muy gran yerro, maguer diga que lo hizo con su plazer della (2), non le faziendo fuerça. Ca, segund dizen los Sabios antiguos (3), como en manera de fuerça es, sosacar e falagar las mugeres sobredichas, con prometimientos vanos, faziendoles fazer maldad de sus cuerpos; e aquellos que traen esta manera, mas yerran que si lo faziessen por fuerça.

LEY II.

Quien puede acusar al que yoguiere con alguna de las mugeres sobredichas.

Aquellos, que diximos en el titulo ante deste, que pueden acusar a los que fizieren pecado de incesto, en aquella manera misma, e fasta aquel tiempo (1), e ante aquellos Judgadores, pueden acusar a los que fazen pecado de luxuria con muger de Orden (2), o con biuda que biue honestamente, o con muger virgen, assi como de suso diximos; e si les fuere prouado, deuen auer pena en esta manera. Que si aquel que lo fiziere fuere ome

crilegium, quia est res sacra, ut per Gloss. in cap. virginibus, 27. quæst. 1.

(2) *Della.* Nam licet mulier velit, non licet eam stupro cognoscere, propter sexus fragilitatem, ut hic, et in l. raptores, C. de Episc. et Cleric. et in §. in fin. Institut. quibus alien. non licet, in volentem enim non licet peccare, l. lege, §. idem Divus, D. ad leg. Cornel. de sicar. vers. plane, l. 3. §. si quis volentem, D. de liber. homin. exhibend.

(3) *Los sabios antiguos.* In l. unic. C. de rapt. virg.

LEX II.

Eadem pœna, quam incestum committens patitur, tentur virginem dolosè corrumpens, seu cum honesta vidua, vel religiosa coitum faciens; qui si fuerit homo honorabilis, perdit medietatem bonorum Regis camerae applicandam; et si fuerit vilis, publicè flagelletur, et in insulam per quinquennium condemnatur; si tamen servus de domo fuerit, comburatur: et si mulier non fuerit honesta, religiosa, nec virgo, nec vidua bonæ famæ, sed vilis, ejus accessus est impunitus. Hoc dicit.

(1) *Aquel tiempo.* Quinquennium scilicet, ut dixi supra tit. 18. l. 2.

(2) *Con muger de orden.* Ut hic vides, stuprum monialis eadem pœna punitur qua stuprum alterius virginis, vel viduæ, quando stuprum committitur sine raptu; per legem tamen Ordinamentorum additur publicatio medietatis bono-

honrrado, deue perder (3) la meytad de todos sus bienes, e deuen ser de la Camara del Rey. E si fuere ome vil, deue ser açotado publicamente, e desterrado en alguna Isla por cinco años. Pero si fuesse sieruo (4), o siruiente de casa (5), aquel que sosacare, o corrompiere alguna de las mugeres sobredichas, deue ser

quemado porende: mas si la muger que algun ome corrompiesse non fuesse Religiosa, nin virgen, nin biuda, nin de buena fama, mas fuesse alguna otra muger vil (6), estonce dezimos, que le non deuen dar pena porende, solamente que non le faga fuerça (7).

rum, ut in l. 5. tit. 15. lib. 8. *Ordinam. Regal.* et adde cap. *si qua monacharum*, 27. quæst. 1.

(3) *Deue perder.* Concordat cum §. *item lex Julia de adulteriis*, vers. *sed eadem lege*, *Institut. de pub. judic.* et procedit ista pœna, ut hic et ibi habetur, quando stuprum fit sine vi. Sed an procedat etiam si mulier seducta fuerit blanditiis et suasionibus viri? Videtur quod sic, per id quod habetur supra eod. l. 1. In contrarium facit quod notat And. de Isern. in tit. *quæ sunt regalia*, in parte *contrahentium incestas nuptias*, col. 4. ubi tractat de intellectu dicti versic. *sed eadem lege*, ubi dicit, quod verus intellectus illius §. sit, quando sine vi, sine rapina, sine interpellatione virginem stuprauit; nam si nolentem virginem rapuisset et asportasset de domo, vel domum introisset sine virginis voluntate, et sic per vim, licet postea cum ejus voluntate, postquam domum ingressus fuit, eam stuprauerit, inspicendum est potius initium violentum, introitum scilicet sine voluntate mulieris, argumento l. *clam possidere*, in princ. D. *de acquir. poss.* et esset tunc pœna l. *raptores*, C. *de Episc. et Cleric.* quando in fine dicit, *sive volentibus*, etc. Item si interpellasset, vel sollicitasset, vel odiosis artibus circumvenisset, licet postea volentem, quia hoc ipsum velle ab insidiis nequissimi hominis est, qui meditabatur rapinam, l. 1. C. *de raptu virgin.* pro quo est l. 1. §. fin. D. *de extraordin. crimin.* unde magnus saltus est secundum eum à publicatione partis honorum ad pœnam capitis propter rapinam, interpellationem et sollicitationem. His verò cessantibus habet locum dictus versic. *sed eadem lege*; hæc dicit Andr. de Iser. Idem videtur fuisse de mente Jacobi de Bello Viso, quem refert Albericus in l. *raptores*, C. *de Episc. et Cleric.* cum dicit, quod quando voluntas hominis præcessit voluntatem mulieris, punitur capite, sive vim fecerit, sive non, allegat dict. l. 1. §. fin. D. *de extraordin. crimin.* et dict. l. *raptores*, et §. *sin autem per vim*, *Instit. de public. judic.* intelligit ergo dictum vers. *sed eadem lege*, quando non præcessit viri interpellatio, seu corruptela; si ergo voluntas mulieris præcessit, habet locum pœna dicti vers. *sed eadem*; si præcessit voluntas hominis, habet locum pœna dictæ l. 1. §. fin. D. *de extraordin. crimin.* si autem est dubium, tunc illius præsumam voluntatem præcessisse, qui iuit ad domum alterius, argumento l. 1. §. *cum arietes*, D. *si quadrup. pauper. fec. dicat.* si autem fuit extra domum, neque apparet cujus voluntas præcesserit, in dubio præsumam masculi voluntatem præcessisse, argumento dict. l. *raptores*, et dict. l. unic. C. *de raptu virgin.* secundum Ball. post Jacob. de Bello Viso, et Thomam de Formagli in dict. l. *raptores*. Idem videtur voluisse Bartolus in dict. l. 1. §. fin. D. *de extraordin. crimin.* cum opponendo de dicto §. *item lex Julia*, versic. *sed eadem lege*, respondet post Jacobum de Aren. quod in casu dicti §. final. intervenit aliqua violentia interpellando, vel conducendo eam, vel committendo. Pro hoc etiam facit textus in cap. 43. in authent. *de sanctis. Episcop.* cum dicit: "si quis rapuerit, aut sollicitaverit, aut corruperit ascetrium, aut diaconisam," et cap. *si quis rapuerit*, 27. quæst. 1. neque in casu in quo mulieris voluntas præcedens attenderetur, sufficeret probari per solam confessionem mulieris, maxime si monialis esset, secundum Joan. Fab. in l. unic. C. *de raptu virgin.* unde lex ista Partitarum, quæ idem disponit quod dictus vers. *sed eadem lege*, ita intelligenda et limitanda est, prout Doctores communiter intelligunt illum §. et ad legem supra proximam responderi potest, quòd ibi non tractat de pœna, sed probat atrocitatem criminis in persuadente et interpellante virginem, vel viduam honestè viventem: vel potest

dici, quod quando simus certi de interpellatione et sollicitatione viri, tunc durius puniatur, juxta textum in dict. §. fin. si verò simus in dubio, quo casu Doctores præsumunt voluntatem et sollicitationem masculi præcessisse, quòd isto casu temperetur pœna, ne in tali dubio propter præsumptiones imponatur pœna capitalis, et sic quòd lex supra proxima intelligatur de tali præsumptione: nam si de interpellatione constaret, majorem pœnam vult inferri, cum dicat: *aquello que traen esta manera, mas yerran que si lo fiziesen por fuerza*, si gravius errant, ergo gravius puniuntur. Cogita tamen super his, quia ex istis ll. in hoc titulo positus et in titulo sequenti videtur, quòd pœna in hac lege posita, imposita etiam sit persuadentibus sine vi virgines vel viduas; et arbitror quòd in practica non imponeretur pœna capitalis, de qua in dict. l. 1. §. final. nisi aliqua vis, vel conamen intervenerit, seu comitum corruptio, prout Glossa ibi videtur intelligere illum §. Et nota, quòd extra pœnam de qua hic, videtur condemnandus virginis stuprator et seductor, ut det dotem congruam mulieri stupratæ, quantum plus ipsa dare debeat, seu sit datura alteri viro ratione deflorationis, argumento cap. fin. *de injur.* et ejus quòd notat Joan. Andr. post Abb. antiquum in cap. 1. in fin. *de adulter.* et hoc potest peti in accusatione criminali incidenter, juxta notata per Bart. in l. *interdum*, §. *qui furem*, D. *de furtis*, quia extra pœnam, rei vel damni persecutio est, ut in §. fin. *Institut. de furtis*, §. 1. *Institut. vi bonor. raptor.*

(4) *Sieruo.* Adde l. unic. C. *de mulier. quæ serv. prop. se injunxer.*

(5) *Siruiente de casa.* Maximè extenditur hic dispositio dictæ l. unic. C. *de mulier. quæ serv. prop.* et adde l. 1. tit. 15. lib. 8. *Ordinam. Regal.* et adde quæ dixi supra tit. 17. in l. penult. in gloss. super verbo *con su sieruo*.

(6) *Muger vil.* Concordat cum l. *si ea*, et l. *quæ adulterium*, C. *de adult.* ad eam enim, quæ vulgariter et more meretricis vivit, impunè habetur accessus, ut in dict. ll. et in l. *si uxor*, in princ. ubi notat Angel. D. eod. et punctualiter nota Doctores, vel scholares habentes accessum ad istas fantolastras, quòd ille coitus non est accusabilis, neque punibilis, licet talis mulier stet in alterius concubinato reprobato. Bartolus etiam in dict. l. *si uxor*, in fine princ. notat ex illa lege, quòd quæ semel fuit vulgaris, si postea stet inuupta sine viro, accessus ad eam est impunitus.

(7) *Fuerça.* Imò videtur, quòd raptus meretricis sit impunitus, ut in l. *verum*, et ibi notat Bartolus, D. *de furtis*, et notat Gloss. in l. unic. C. *de rapt. virgin.* ubi Baldus refert opiniones quorundam in hoc, an talis meretrix esset nupta, vel non; vel an in meretrice apparebant signa pœnitentiæ, et tunc habet locum pœna; aut non apparebant, et tunc non habet locum; quòd Baldus dicit satis tolerabile: idem in effectu vult Paul. de Cast. in l. *raptores*, C. *de Episc. et Cleric.* distinguens nuptam ab inuupta, et in non nupta, an habuit justam causam contradicendi, quia fortè volebat redire ad honestam vitam, vel quia rapiens erat ejus affinis seu consanguineus; et dicit Angelus in dict. l. *verum* caveant fornicantes à meretricum nuptarum amplexu, cum eas nuptas sciunt: adde etiam Salicet. in l. unic. col. 1. C. *de raptu virgin.* ubi quid si, quando dicit se velle pœnitere, est in habitu et loco meretricio: et adde ad prædicta Gandinum in suo tractat. *malefic.* sub rub. *de aliquibus questionibus variis in maleficiis*, col. 2. versic. *quæ-ro, de facto fuit.* Item Baldus in l. fin. *de rerum divis.* vult quòd talis vim inferens meretrici puniatur extra ordinem crimine injuriarum, l. *Lex Cornelia*, in princip. D. *de in-*

TITULO XX.

DE LOS QUE FUERZAN, O LLEUAN ROADAS, LAS VIRGINES, O LAS MUGERES DE ORDEN, O LAS BIUDAS QUE BIEN HONESTAMENTE.

Atreuimiento muy grande fazen los omes que se aventuran a forçar las mugeres, mayormente quando son de Orden, o biudas, o virgines que fazen buena vida en sus casas. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de los que por falago (1), o por engaño, las corrompen, queremos en este dezir, de los que passan a ellas por fuerça, o las lleuan. E demostraremos, que fuerça es esta. E quantas maneras son della: e quien puede fazer acusacion sobre tal fuerça, e ante quien, e quales; e que pena merecen los fazedores, e otrosi los ayudadores.

LEY I.

Que fuerça es esta que fazen los omes a las mugeres, e quantas maneras son dellas.

Forçar, o robar muger virgen, o casada, o religiosa, o biuda que biua honestamente en su casa, es yerro, e maldad muy grande, por dos razones. La primera, porque la fuerça es fecha sobre personas que bien honestamente, e a seruicio de Dios, e a buena estancia del mundo. La segunda es, que fazen muy gran deshonrra (1) a los parientes de la mu-

jur. Tu tene menti istam l. Partitarum indistinctè prohibentem etiam mulieri vili fieri viç; et vide l. fin. infrà, tit. 20.

TITULUS XX. DE RAPTU VIRGINUM.

IN SUMMA.

(1) *Falago.* Nota hoc verbum ad id quod dixi in l. fin. suprà tit. 19, in fine glossæ magnæ.

LEX I.

Cum vis facta circa res puniatur, multo magis punibilis est ubi violantur maximè mulieres virgines, aut nuptæ, aut moniales, vel honestæ viduæ, quia delinquitur contra honestas personas in seruitio Dei et in decorem humanam positas, et injuriuntur graviter earum consanguinei, et Princeps, cujus justitia vilipenditur in dedecus totius terræ, ubi talis violentia committitur; et fit violentia hæc cum armis, vel sine armis. Hoc dicit.

(1) *Deshonrra.* Maximum dedecus est mulieri, et magnus dolor est parentibus mulierum cognosci et stuprari, l. unic. et ibi notat Bald. *C. de raptu virgin.* et habetur hic.

LEX II.

Possunt accusare raptum consanguinei, quibus nolentibus, quilibet de populo; et coram iudice rei potest accusari raptor, et ei auxilium præstans. Hoc dicit.

(1) *Cada vno del pueblo.* Est enim crimen publicum,

ger forçada, e muy gran atreuimiento contra el Señor, forçandola en desprecio del Señor de la tierra do es fecho. Onde, pues que segun derecho deuen ser escarmentados los que fazen fuerça en las cosas agenas, mucho mas lo deuen ser los que fuerçan las personas, e mayormente los que lo fazen contra aquellos que de suso diximos: e esta fuerça se puede fazer en dos maneras; la primera con armas; la segunda sin ellas.

LEY II.

Quien puede acusar a los que fazen fuerça a las mugeres, e ante quien los pueden acusar.

En razon de fuerça que fuesse fecha contra alguna de las mugeres sobredichas, pueden fazer acusacion los parientes della. E si ellos non la quisieren fazer, puede la fazer cada vno del Pueblo (1), ante el Judgador del lugar do fue fecha la fuerça, o ante aquel que ha poderio de apremiar al acusado: e pueden acusar a todos aquellos que fizieron la fuerça, e aun a los ayudadores dellos.

*Ley 2,
tit. 35,
lib. 12
Necis.
Recop.*

LEY III.

Que pena merecen los que forçaren alguna de las mugeres sobredichas, e los ayudadores dellos.

Robando algun ome alguna muger biuda

quia non solum quando violentia fit in personam, punitur, verum etiam si fiat in rebus, et major est violentia personalis, quam vis quæ rebus infertur, ut in l. in servorum, D. de penis; et quid si crimen publicum satis probatur in dict. l. unic. *C. de raptu virgin.* et hoc respectu inquisitionis et accusationis; respectu tamen capturæ quam permittit dicta lex auctoritate propria parentibus et consanguineis injuriam patientibus, et tutoribus et curatoribus, non videtur quod sit facultas capiendi alii ultra istos; qui enim nullatenus sunt attinentes, et quorum non interest, non habent potestatem capiendi, nisi forsitan essent comites itineris, ut in l. item apud Labeonem, §. comitem, D. de injur. vel nisi vocarentur ad iuvandum injuriam passum, l. 2. cum sequent. D. de furtis: sit ergo cautus injuriam patiens ut clamet, occurrere, nam tunc intelligitur vocare, et omnes tanquam vocati possunt iuvare et injuriantem capere, Ang. in dict. l. unic.

LEX III.

Rapiens viduam honestam, aut virginem, aut nuptam, aut religiosam, probato delicto occiditur, et ejus bona applicantur raptæ, nisi et ipsa suo raptori postea nupserit, tuæ enim bona erunt parentum raptæ, qui nec raptui assentiant; aliàs erunt camera Regis, salva uxoris raptoris dote, debitisque ante sententiam per delinquentem contractis. Idem de rapiente propriam sponsam de futuro, de scienter auxilium ad prædicta præstante: si autem raptæ erat religiosa, habet locum dicta corporalis pœna, et bona applicantur monasterio, unde raptor eam extraxit: rapiens autem aliam à prædictis, arbitrio iudicis punitur, personis, loco, et tempore consideratis. Hoc dicit.

Ley 2. de buena fama, o virgen, o casada (1), o religiosa, o yaziendo (2) con alguna dellas por fuerça, si le fuere prouado en juyzio, deue morir porende; e demas, deuen ser todos sus bienes de la muger que assi ouiesse robada, o forçada. Fueras ende, si despues desso ella de su grado, casasse (3) con el que la robo, o forço, non habiendolo otro marido. Ca estonce, los bienes del forçador deuen ser del padre, e de la madre de la muger forçada, si ellos non consintiesen en la fuerça, nin en el casamiento. Ca, si prouado les fuesse que auian consentido en ello, estonce deuen ser todos los bienes del forçador de la Camara del Rey.

Ley 2.
tit. 35.
lib. 12.
Novis.
Recop.
Ley 1.
tit. 29.
lib. 12.
Novis.
Recop.

(1) *O casada.* Nota hoc, quia l. unic. *C. de raptu virgin.* et l. *raptores, C. de Episc. et Cleric.* tantum de virgine dicunt desponsata, vel non desponsata, et adde l. 3. tit. 10. lib. 4. *Foro LL.* imò dicit, quòd et illa lex habet locum in raptu conjugatæ, ut ibi colligitur, et tenet Baldus et Doctores ibi, etiamsi uxorata sit meretrix.

(2) *O yaziendo.* Solus ergo raptus sine commixtione sufficit ad incurrendam penam hujus legis, vel sola copula violenta; vide de primo, per Joan. de Anan. in cap. fin. *de raptor.* et per Hippolit. à Marsiliis in l. unic. col. pen. *C. de rapt. virgin.* versic. *quæro ulterius*, et in secundo ista lex reprobat dicta Alb. de Gaudino in suo tract. *malefic.* sub rubric. *de multis questionibus depend. ab statu, circa maleficia*, col. 5. et 6. versic. *item pone questionem de facto*, quem refert et sequitur Paul. de Cast. in l. *raptores, C. de Episc. et Cleric.* et in quantum dixit, quod qui virginem projecit in terram et eam per vim stupravit, quod non debet mori de jure, sed quod teneatur lege Julia de vi, contrarium apertè decidit ista lex, et voluit Bald. in l. *si quis non dicam raperè*, ad fin. *C. de Episc. et Cleric.* et Angelus Aretin. in suo tract. *malefic.* in parte *che me ay adulterato*, col. 7. et facit ad istam legem l. 2. tit. 31. *de las penas*, infra ead. *Partit.* in vers. *otrosi dezimos*, et littera rubricæ hujus tituli, cum dicit: *de los que fuerzan, o lleuan robadas; etc.*

(3) *Casasse.* Non intelligas quod per matrimonium cum rapta raptor liberetur à pœna mortis; hoc enim non dicit lex ista, neque justa videretur forsitan esse lex, quæ tale quid disponderet, cum invitaret ad delinquendum. Paul. tamen de Castr. in l. *raptores, C. de Episc. et Cleric.* vult, quod per contractum matrimonii evitet pœnam legalem, per textum in cap. 1. et 2. *de adulter.* si rapta et parentes ejus consentiant, aliàs secus; et ita dicit se consuluisse in civitate Mantuæ, et per hoc evasisse quemdam à morte. Anton. tamen, et Abb. et post eum Joan. de Ana. in dict. cap. 2. dicunt illud capitulum procedere in foro Ecclesiæ: potuit enim Papa mitigare duritiam juris civilis in suo foro, sed in foro civili servabitur lex, ex quo ex ipsius observantis non imminet periculum, et sic videtur, quod illa capitula solum locum habeant in terris subjectis Ecclesiæ temporaliter; sed in terra imperii servabitur jus civile. Præterea dicta capitula non loquuntur in raptu, sed in simplici stupro sine vi, et ut hic vides, loquitur ista lex respecta honorum, quæ rapta applicantur, ut contracto matrimonio cum raptore ipsa non lucretur bona raptoris, sed applicentur ejus parentibus qui in raptu, vel matrimonio non consenserunt, in quo concordat ista lex cum authent. *de rapt. mulier.* col. lat. 9. sed an hoc, quod hic circa ista bona disponitur, contrahente rapta cum raptore procedat de jure canonico? Glossa dixit, quod sic, in cap. *cum secundum leges, de hæret.* lib. 6. movetur Glossa, quia lex civilis non propriè pœnam infert contrahenti, sed potius lucrum auferit, quod ipsa lex rapta sœminæ dederat; verum sicut lex dedit, lex auferre potest: idem tenet Salicet. non allegata dicta glossa in dict. l. unic. *C. de rapt. virg.* col. 3. versic. *circa quod*

